¶Materia huius hymni ē exhortatio xp̄i ad nos ut surgamus a vitijs ꝛ adhereamus virtutibus ꝛ primitu exemplum dat nobis id ē galli. Sicut enī galli cantus nos excitat vel vocat ad diem venientem sic xp̄us excitat mētes nostras] ꝛ vocat nos per scripturas sacras ad opera virtuosa prenunciās q' in proximo est ventura eius vero aduentus tempus ignoratur. Unde bene dicitur. Surgite ꝛ vigilate quia nescitis diem neqꝫ horam ꝛc.[Ales]id ē gallus] nuncius diei precinit]i. diem nobis[propinquans xp̄us excitator mentium[ nostrarū i[ vocat nos ad vitam iam]i. iam ad se vocat nos

Auferte clamat lectulos egros sopore desides casteqꝫ recti ac sobrij. vigilate iam sū proxim⁹

¶Christus[clamat]id ē vocat ꝛ precipit nobis[auferte] i.relinqte[lectulos]dicēs[o desides.i.o pigri relīqte lectulos egros]i.carnalitatē vel corda vestra sopore id peccato irretita ant insequentes libidinem. Et vigila

te. caſte [caſte] nō poſtulantes [recte] non tortuoſe [ſobrie] non ebrie. Et bene deberis facere hoc, quia ego xp̄us [iam proximꝰ ſum] vobis. Vel ſcd̄ʒ aliam litteram. o [caſti animis ꝛ corpore ꝛ o [recti verbo ꝛ opere ꝛ ſobrii. id ē temperati cibo ꝛ potu vigilate iā ſum proximus.

**Jeſum ciamus vocibꝰ flentes precantes ſobrie intenta ſupplicatio dormire cor mūdū vetat**

¶ Et quia xp̄us ē proximus o fratres [ciamus] id ē vocemus ieſum vos diſco [flentes precantes] id eſt cum fletu rogantes illum [ſobrie] id eſt cum ſobrietate. ſine omni feditate [ intēta ſupplicatio id ē aſſidua deprecatō [vetat cor mundum dormire] id ē in aliquo mortali peccato manere.

**Tu chriſte ſomnū diſcute. tu rūpe noctis vincula. tu ſolue peccatū vetus nouūq́ȝ lumē ingere**

¶ O tu xp̄e diſcute ] id ē diſſipa. vel [diſcute] id ē diuide [ſomnum] id eſt peccatum vel diabolum ne nos decipiat [ꝛ tu rumpe] diſcutiendo [vincula noctis] id ē diaboli vel penas iferni que dicuntur nox. vt nos non decipiant [tu ſolue peccatum vetus] id eſt originale [ꝛ ingere ] id ē immitte [nouum lumen ] id ē ſpiritusſanctus qui dicitur nouus quia eiciendo a nobis vetera ꝛ pctā nos renouat luie grē.

## ¶ Feria tertia ad veſperas.

**Telluris ingens conditor. mundi ſolum qui eruens. pulſis atq́ȝ moleſtijs. terraȝ dediſtis immobilem.**

¶ Materia huiꝰ hymni ē deprecatio quam facimus ad deum. vt ſicut deus pater fecit celum ꝛ terram ꝛ diuiſit ſuperiora ab inferioribus ita ſua pietate noſtra peccata dimittat. ꝛ ſicut dedit terram immobilem vt faceret fructum gratum ita faciat membra noſtra acceptabilia ad fructificandū ſibi. [O ingens conditor telluris] id eſt totius orbis [qui eruēs] id ē diuidēs [ſolum mundi ab aquis] ſcȝ ab inferioribus ꝛ a ſuperiori atq́ȝ pro et [dediſti terram immobilem] ꝛ hoc [pulſis moleſtiis] id ē elemētis qui valde moleſta erant dum inter ſe eſſent cōfuſa id ē ſimul in terra.

**Ut germen aptum proferens: fuluis decora floribus: fecunda fructu ſiſteret. paſtūq́ȝ gratum redderet**

¶ Ut illa terra. ſ. [proferens] id ē producens [germen aptum ] id ē congruum hominibus [ſiſteret] id ē permaneret [fecunda] id ē abundans ꝛ fertilis [fructum acceptabili illa dico [decora] id ē ſpecioſa [fuluis floribus] id eſt rubeis ꝛ albis [q́ȝ] pro ꝛ [ redderet gratum paſtum] id ē cibum acceptabilem tam hominibus q̄ȝ pecudibus

**Mentis peruſte vulnera: mūda vigoris gratia vt facta fletu diluat: motuſq́ȝ prauos atterat**

¶ O criſte [mūda] id ē purga [vulnera peruſte mētis] id ē peccata vel flāmas anime peccatricis. ꝛ hoc [gratia vigoris] id ē ſpūſſancti. vt [diluat facta] id ē extendet peccata cōmiſſa [fletu] id ē gemitu [atterat] id ē aperiat [prauos motus] id eſt refrenet noſtros prauos actus.

**Juſſis tuis obtemperet. nullis**

malis appꝛoxiet. bonis repleri gaudeat. ⁊ moꝛtis actū neſciat

¶ Et mens illuminata [ obtemperet iuſſis tuis]id ē obediat mādatis tuis ⁊ non aproximet],id ē accedat vel ap propinquet[malis viis]ſcȝ operibus ſed[gaudeat impleri bonis]operib⁹ [⁊ neſciat actum moꝛtis] id ē cogno ſcat moꝛtale peccatū vel penas iferni

¶ Feria quarta ad nocturnū.

Rerum creatoꝛ optime. re ctoꝛq₃ nr̄ aſpice nos a que te noxia. merſos ſopoꝛe libera.

¶ Materia hui⁹ hymni ē inuocatio ad deū vt dignet criminib⁹ nr̄is igno ſcere vt ſicut ſurgimus de lecto ⁊ rū pim⁹ noctē ſic xp̄us rumpat peccata O[optime creatoꝛ omniū rerum ⁊ o rectoꝛ noſter aſpice nos]id ē libera nos[a quiete noxia] quia que carnē oblectant noxia ſunt ſancte aie nos dico[libera]id ē redime[merſos]id ē obrutos[ſopoꝛe]id ē peccato.

Te ſancte xp̄e poſcimus. igno ſce in criminibus. ad confitēdū ſurgim⁹ moraſq₃ noctis rūpim⁹

¶ Ideo poſcimus] id ē deprecamur te o[ſācte xp̄e ignoſce]id ē parce]cul pis omnibus]vel ignoſce[in crimini bus]noſtris oībus[ſurgimus de vir tute in virtutē ſcilicet cōfitendo pec cata[⁊ rumpimus moras]id ē impe dimenta[noctis]id ē diaboli.

Mentes manuſq₃ tollim⁹ pro phetā ſicut nouim⁹ nob gerēdū precipit. pauluſq₃ geſtis ſēſit

¶ Tollimus [id eſt ſubleuamus [mē tes]id eſt cogitationes [⁊ manus]id eſt operationes. ſicut nouimus pro phetam] ſcilicet dauid qua[ precipit id eſt iubet nobis gerendum.id eſt fa ciendum dicens. Media nocte ⁊c. Et paulus ſenſuit.in ſcripturis ſuis indi cauit dicens. hoꝛa eſt iaȝ nos de ſom no ſurgere.geſtis id eſt factis.

Uides malū qđ geſſim⁹ occul ta nr̄a pādim⁹ p̄ces gemētes fū dim⁹ dimitte qđ peccauim⁹.

¶ O deus [ video malum quod geſſimus.id eſt fecimus. ⁊ ideo pan dimus occulta noſtra . id eſt peccata ſcilicet per confeſſionem. gementes. id eſt ſuſpirantes. fundimus tibi pre ces. ⁊ ideo dimitte.id eſt dona. quod poſcimus.id ē deliquimus.

¶ Feria quarta ad laudes

Nox ⁊ tenebre ⁊ nubila.cō fuſa mundi ⁊ turbida. lux intrat albeſcit polus. chꝛiſtus venit diſcedite

¶ O nox. id eſt diaboli ⁊c. Nox ali quando accipitur pro ira pro tempo re pro diabolis. ⁊ pro obſcuritate ⁊ ideo tenebre.id ē o peccata. ⁊ nubila diſcoꝛdie hereticoꝛum.turbida mūdi id eſt turbationes ⁊ ſeditiones.confu ſa.id eſt permixta.diſcedite. id eſt re cedite.qꝛ ſicut nox diē ſic peccā iuſtici am ⁊ diabolus xp̄m fugit. Recedite inq̄ ⁊ hī debetis qꝛ xp̄s intrat men tes fideliū.polus .i. coꝛp⁹. albeſcit.i. niteſcit bonis operibus quid dicā p ſingula.xp̄us venit.in coꝛda nr̄a.

Caligo terre ſcindit. percuſſa ſolis radio. ſpeculo rebuſq₃ iā coloꝛ.reddit vultu nitēs ſiderꝭ

¶ Caligo terre .i. obſcuritas nr̄a ſen dit.i.diuidit vel ſecreta hereticoꝝ calu

go dico percuſſa radio ſolis aſpectu
xp̄i] id ē diuino verbo ⁊ color. id eſt
vigor ſpiritus ſancti qui receſſu pro-
pter preſentiam tenebrarum iam red
dit animabus noſtris vultu ſereni ſy-
deris .i. ſpū ſancti qui eſt verus ſol.

Te chriſte ſolum nouimus te mē-
te pura et ſimplici flendo ⁊ ca-
nendo queſumus. intende no-
ſtris ſenſibus.

O chriſte nouimus te ſolū] redem
ptorem ⁊ illuminatorem [te] ⁊ nō
alium [pura mente et ſimplici] id eſt
ſine ypocriſi [q̄s flendo] peccata et
canendo] id eſt laudando te [tu itende]
id eſt prebe aſſenſū [noſtris precib⁹]
id eſt intentionibus.

Sunt multa fuſcis illita que lu
ce purgentur tua. tu lux eoy ſy-
deris vultu ſereno illumina.

Multa] i. multe ſciētie [ſunt illita
in nobis. id eſt iuncta vel vncta [fuſcis
] id ē falſis coloribus. Fuſcus dicitur
falſus color q̄ mixtus inter veros colo
res obfuſcat eos [que] diuino [purgentur
tua luce] i. tuo ſplēdore bene dico tua
luce. quia o [tu chriſte es lux eoy ſyde
ris] id eſt orientalis ſcilicet patris et
ideo [illumina nos ſereno vultu] id ē
claritate ſpiritus ſancti

Feria quarta ad veſpras

CEli deus ſanctiſſime. qui
lucidum centrum poli. can
dore pinguis igneo augens de
core lumine

Materia huius hymni eſt laus quam
conſona voce ſcilicet corde ⁊ opere te
nemur deo perſoluere ideo ſcilicet q
ad vtilitatem noſtram omnia cōſtruxit
et fecit vt celum ⁊ terram et multa a-
lia. Primo fecit celum et terram po-
ſtea mare quarta die ſolem ⁊ lunā ⁊c
Dicem vt ad bravium ſiue remunerati
onis nobis pateat acceſſus preterita
et preſentia dimittendo peccata nos
ad ſui amorem faciat puenire [O ſan
ctiſſime deus celi qui pingis. id ē de-
coras [lucidum poli centrum] id ē ſpa
cium vel punctum poli vel zodiacum
per quam ſigna decurrunt zodias ani
mal interpretatur centrum eſt medi-
etas ſpere Hic poſuit centrum pro ce
lo. id eſt partem pro toto [igneo can-
dore] id eſt ſplēdore tu dico [augens
decore lumine] id ē claritate ſcz cen-
trum poli cum pictura ſcilicet et cla-
ritate ſtellarum

Quarto die qui flāmeam ſolis
rotā conſtituēs lune miniſtrās
ordinem vagos recurſus ſyderum

Tu [qui conſtruens rotā ſolis flā-
meam id eſt ardētem quarto die. No
tandum eſt q per quattuor dies mun
dus ſine ſole permanſit. Prima die
facta eſt angelica creatura. Secūda die
celum ⁊ aer. Tertia die terra et aqua
Quarta die ſol et luna. Quinta die
piſces et aues. Sexta die animalia ⁊
homines [⁊ tu miniſtrans] id ē tribu
ens ordinem lune ⁊ vagos] id eſt va-
rios [ſyderum recurſus] id eſt ſtella-
rum motus quia nō currunt curſu eo
dem ſemper ſtelle vel quantū ad pla
netas eſt vagus curſus. Alius eſt eni
curſus lune. alius curſus ſolis. alius
ſyderum.

Ut noctibus vel lumini. diremptı
onis terminum. primordiis et
menſiū. ſignum daret notiſſimū

¶ Et quare [vt luna daret terminum di reptionis] id est separationis vel diuiſionis noctibus vel etiam lumini. i. diei [vt daret notiſſimum ſignum primordis] id est principius [menſium] quia mēſis hꝫ. xxx. dies pauloplus vl' min⁹

Illumina cor hominū absterge ſordes mentiū. reſolue culpe vinculum. euerte moles criminum.

¶ Et quia tu feciſti hec omia illumina cor hominum et absterge ſordes id est prauas cogitationes mentium noſtrarū ⁊ reſolue culpe vinculū ⁊ euerte moles criminū id ē magnitudines pctōꝝ

¶ Feria quinta ad nocturnum

Nox atra rerum cōtigit. terre colores omniū. nos confidentes poſcim⁹. te iuſte iudex cordium

¶ Materia huius hīmni est rogare deum vt ipſe caliginem mentis ac corporis a nobis expellat Rogam⁹ etiam in hoc clementiā dei vt nos defendat ab hoſte antiquo ⁊ expellat in nobis mētiū obſcuritatem et mentis ⁊ corporis caliginem et ſui luminis claritatem concedat. Atra nox id est diabolus vel pctm̄ ptegit id est obtenebrat colores. i. illuīatiōes oim rex terre qꝛ noctis obſcuritas oīa contegit et colores herbarum ⁊ ceterarum rerum in ſuis profundis tenebris obducit ⁊ ſepelit. Sed cum hoc ſit nunc qꝫ lucē ſyderis habeam⁹ in mēte et hoc in medijs noctibus. i. mund⁹ ſedet in tenebris ⁊ plus ſemper creſcāt incendia carnis ſurgamus confitentes deum ſcilicet iudicem cordium noſtrorꝫ Et rogamus iudicem vt auferat a nobis caliginem peccatorum ⁊ det nobis lue gratie dulcedinē. Et ideo [cū nox atra tegit] id est tenebroſos reddit [colores omnium rerum terre nos confitentes tibi] peccata noſtra [Poſcimus te] id est poſcimus ea que ſunt vite. ſcilicet animarum noſtrarum. et quare.

Tu auferas piacl'a. ſordeſqꝫ mētis abluas donesqꝫ chriſte graciam vt arceantur crimina.

¶ Et auferas piacl'a] i. grauia peccata [et abluas mētis ſordes] id est ſuggeſtiones diabolicas que pungunt nos ⁊ [o chriſte dones gratiā] ſanctiſpiritus vt [crimīa arceantur]. i. expellātur ⁊ qre.

Mens ecce torpet impia quam culpa mordet noxia. obſcura geſtit. tollere ⁊ te redēptor querere

¶ Dico qꝫ expellantur crimina et quare quia [ecce mens impia] id est peccatrix [torpet] id est pigreſſit [quam mens tenet culpa noxia] id est mala [mordet] id est ligatum tenet [et mens geſtit id est cupit tollere] id ē depellere a ſe [obſcura] id est peccata [⁊ geſtit te querere o redemptor]

Repelle tu caliginem. intrinſec⁹ quā maxime vt in beato gaudeat. ſe collocari lumine

¶ Et quia geſtit te [repelle intrinſecus] id est anima [caliginem] id est cecitatem peccati [quā maxime] id est multū [vt illa mēs gaudeat ſe collocari in beato lumine] id ē in eterna beatitudine

¶ Feria quita ad laudes

Lux ecce ſurgit aurea. palleſ faucat cecitas q̄ noſmet ipſos in preceps. diu errore traxit deuio.

¶ Iſte himnus continet idem cum ſuperiori hymno. ſed intentio verſus est hec. ſ. ne oculi peccēt. Hic ponit anapeſtus pro ſpondeo ⁊ ſpondeus ſcdo loco ponitur pro iambo. Nox vſqꝫ nūc texit colores terre ſed mō diſcedit qꝛ [ecce lux aurea] id est euangelica predicatio [ſurgit] in corda noſtra et ideo omnis [cecitas pallens] id est diabolus [faliſceat id ē euaneſcat. quia cecitas [traxit] id est duxit [noſmetipſos in preceps

id eſt ruinam vel in precipicium diu].i. multum [ deuio errore]

Hec lux ſerenum conferat . puroſq; nos preſtet ſibi nihil loquamur ſubdolum voluamus obſcurum nihil.

¶ Dixit q lux ſurrexit. et ideo hec lux conferat nob'is ſerenu.i.virtutem ſpiritusſancti et pſtet nos puros.i.donet nos puritatem aie ſibi.i. ad honorem ſuuz et hoc ſic vt nihil loquamur ſubdolum id e deceptiuu et nihil voluam⁹ obſcurum id e nullum cogitemus peccatum

Sic tota decurrat dies : nec lingua mendax : nec manus oculi : nec peccent lubrici.nec noxa corpus inquinet

¶ Tota dies.i. totum tempus vite nre decurrat ſic vt non loquendo ſubdolu nec lingua medax ſit.i.nec dicat mendaciu.nec peccet man⁹.i. no faciat aut opant aliqd mali nec oculi lubrici peccent.i.videndo et cocupiſcendo illicita nec noxa.i.culpa inqnet id eſt non polluat corpus noſtrum.

Speculator aſtat deſuper . qui nos diebus omnibus . actus q; noſtros proſpicit . a luce prima in veſperum

¶ Et nolite peccare q ſpeculator id e dns aſtat.i.pſpicit deſup.i. de celo nos oibus dieb⁹.i.quotidie et actus nros pſpicit.i. videt et cōſiderat a pma luce.i. a natiuitate in veſperum vſq; ad nocte

¶ Feria quita ad veſperas.

Magne deus potentie.qui ex aquis ortum genus partim remittis gurgiti . partim leuas in aera.

¶ In hoc hymno ptinet quid de⁹ fecit in quinto die ſcz creauit piſces et aues ex aqua et ipſoz q ex aqua fecit partim immiſit gurgiti vt piſces partim leuauit in aera vt aues Creauit quoq; cete grandea benedixitq; eis dicens . Creſcite et multiplicamini et replete aquas maris aueſq; multiplicentur ſup terram. Piſces et aues de aqua ſut orti.ſed aues no comedunt in omni tpe vt piſces. qd ſo fit q aues p coitu generant vt et nos generamus quod non e in piſcib⁹ vel q ſunt calidiores nature. Intendit etiam auctor rogare deum vt nos qui ſumus abluti ſacro baptiſmate ſic ſeruet vt neſciamus lapſus criminu et vt mala culpa non deprimat nos.i. crialia peccata O deus magne potetie qui remittis genus .i. piſces et aues genus dico ortum ex aqua.i.ex aqua baptiſmatis partim gurgiti .i. in mari . id eſt in inferno vt piſces .i. malos hoies et leuas ptim in aera vt aues.i.bonos hoies.q.d.Sicut in aera aues collocaſti ita in celo homines vel ſanctos.

Dimerſa lymphis imprimens.ſubuecta celo irrogans.vt ſtirpe vna prodita . diuerſa rapiat loca.

¶ Tu dico imprimens id e ſubmerges dimerſa.i.deorſum merſa.vt piſces id e malos hoies limphis.i.aquis infernalibus et irrogans.i.ſubleuans ſubuecta id e ſurſum vecta vt aues.i. puros hoies pdita.i.orta vna ſtirpe.i.vno baptiſmate renati rapiant id eſt accipiat diuerſa loca vt aera et aquam id eſt vitam eternam et eternam damnatur.

Largire cunctis ſeruulis. quos mundat vnda ſanguinis.neſcire lapſus criminum.nec ferre mortis tedium.

¶ Et tu qui omnia feciſti largiri id eſt tribue hoc ſcilicet neſcire lapſus criminum id eſt caſum illum qui in baptiſmo dimiſſus e cuctiſ ſeruulis tuis quos vnda ſanguinis tui mundat a peccato

nec pro et. ⁊ non tribue non ferre id est portare vel habere tedium mortis id ē penam diaboli

Ut culpa nullū deprimat. nullū leuet iactantia. eliſa mēs nec cō- cidat eleuata mens nec corruat.

¶ Ad hoc largire vt culpa. i. graue peccatum nō deprimat. i. aggrauet vel ꝓgrauat vllum xpianum ⁊ iactantia. id eſt ſuperbia de bonis non leuet. i. non extollat vllum ⁊ mens eliſa. id ē percuſſa vulnerata a vitiis non concidat. id ē non incidat in deſperationem nec pro ⁊ elata mens id ē inflata per ſuperbiā non corruat in infernum.

¶ Feria ſexta ad noct. hym⁹

T Trinitatis vnitas. orbē potenter qui regis. attende laudum cantica, qui excubantes pſallimus

¶ In hoc hymno nos hortatur auctor de ſomno ſurgere ⁊ medelā vitioꝝ q̄rere. Intendit etiā in hoc hymno ipſam trinitatem laudare vel inuocare ꝑ quā mundus regitur vt impleat nos tuo lumine vt quicquid peccauim⁹ fraude demonum ipſe xp̄s abſtergat celitus. O tu vnitas. i. o tu ſancte ſpūs qui ꝓcedis a patre ⁊ a filio trinitatis vnus deus in trinitate qui regis. i. qui gubernas potenter. i. potētia tua orbē. i. mundum intende i. reſpice vel auſculta laudum cātica. i. carmina hymnorum noſtrorum que cātica excubantes id ē vigilantes pſallimus id ē cantamus.

Iam lectulo conſurgim⁹. noctis quieto tempore. vt flagitemus vulnerum. a te medelā omnium

¶ Iam conſurgimus omnes lectulo. i. deſidia. Lectus dicitur ab electis mollibus herbis ſup quas antiqui requieſcebant quieto tpe. i. in bonis noctis et ad quid vt flagitemus. i. imploremus a te medelam oim vulnerum. i. indulgentiam oim peccatorum nrorum

Quo fraude quicquid demonū in noctibus deliquimus. abſtergat illō celit⁹. tue poteſtas glīe.

¶ Quo pro vt ⁊. vt potēſtas glorie tue. id ē tue laudis abſtergat. i. abluat celitus id ē diuinitus illud penit⁹ ⁊ q̄cquid vitioꝝ id ē petōꝝ deliquimus id eſt fraude vel deceptione demonum peccauimus in noctibus id ē in tenebris vitiorum.

Nec corpus aſſit ſordidum. nec torpor inſtet cordiū. ne criminis cōtagiō. tepeſcat ardor ſpiritus

¶ Nec ꝑ et. ⁊ pro nō nrm corp⁹ nō ſit ſordidū. i. pollutum vel fetidum nec torpor. i. pigritia vel malitia cordium noſtrorum inſtet nobis ⁊ ardor ſpūs id ē amor vel gratia ſpūſſancti nō tepeſcat id ē non deficiat in nobis contagio id eſt propter maculam vel inquinationē criminis id ē peccati

Ob hoc redemptor quis. reple nos tuo lumine. per quod dierum circulis nullis ruamur actibus.

¶ Ut amore tue gratie non deficiat in nobis ob hoc id eſt propter hoc redemptor queſumus te reple nos tuo lumine id eſt ſplendore per quod lumen non ruamur vllis actibus id eſt non cadamus vllis peccatis circulis dierum. i. in reuolutionibus dierum.

¶ Feria ſexta in laudibus hym.

E Terne celi gloria btã ſpes mortalium. celſi tonantis vnice. caſteqꝫ proles virginis

¶ Materia huius hymni eſt inuocatõ ad chriſtum filium beate marie virgĩs vt dignetur nobis ſuam miſericordiaꝫ tribuere dexteram porrigere vt mereamur corroborationem fidei ſpei ⁊ caritatis obtĩere O chriſte tu dico [eterna gloria celi]id eſt angelorũ vel quia pater per te glorificatur[ et o beata ſpes mortalium]id eſt chriſtianorũ[et o vnice celſi tonantis]id ẽ celeſtes patris ſecundum diuinitatem[ o proles]id eſt filii [caſte virginis] ſcꝫ ſcđm hũanitatẽ.

Da dexteram ſurgentibus. exurgat et mens ſobria. flagransqꝫ in laudem dei grates rependat debitas.

¶ Da dexteram]id eſt auxiliũ tuum nobis ſurgentibus] a vitiis [et ita mens noſtra ſobria]id ẽ abſtinens[exurgat] ſcꝫ ad laudem tuam[qꝫ]pro et illa[flagrans]id eſt ardens[ in laudem]id eſt in commemorationem [ dei rependat] id ẽ perſoluat [debitas grates]in hymnis ⁊ canticis deo omnipotenti

Ortus refulget lucifer ſparſamqꝫ lucem nunciat cadit caligo noctiũ lux ſancta nos illuminet.

¶ Lucifer] ſcꝫ ſtella matutina. id ẽ chriſtus natus[refulget]et nunciet mundo [lucem ſparſam] id ẽ natam et vndiqꝫ diſperſam. ⁊ vere nunciat quia[caligo noctium]id eſt obſcuritas diaboli [cadit. i. recedit et ſolũ[lux facta]. i. xp̃us q̃ ẽ lux ſanctificata nos illuminet] lumine ſpũſſancti et ſctificꝫ nos et ſaluet nos

Manenſqꝫ noſtris ſenſibus noctem repellat ſeculi. omniqꝫ fine dei purgata ſeruet pectora.

¶ Et ipſa lux manens] id eſt pmanẽs in[noſtris ſenſibus]id eſt in nobis qui habemus quinqꝫ ſenſus corporales [ repellat]a nobis noctem[ id eſt diabolum [ ſeculi huius].id eſt mundi et illa lux ſeruet peccata] noſtra [ purgata]a vitijs]omni tempore vite noſtre.

Queſita iam primum fides. radicet altis ſenſibus. ſecũda ſpes ꝯgaudeat q̃ maior extat caritas

¶ Fides]queſita a nobis in baptiſmo [iam primum] id eſt cito ideo dicit primum quia fides prima cognominatur inter v̄tutes in illo loco vbi dicit fides ſpes ⁊c. radicet. id ẽ ponat radices[ ſenſibus]noſtris[altis[id ẽ profundis[ſecunda fides] id eſt proſpera per quam ſpem ſperamus vitam]congaudeat[id eſt ſimul letetur et creſcat [qua ] ſcꝫ ſpe et etiã fide caritas extat maior. Iuxta illud apoſtoli. Maior autem horum ẽ caritas.

## ¶ Feria ſexta ad veſperas

P Laſmator hominis deus. q̃ cuncta ſolus ordinens humum iubes ducere reptantis. et fere genus.

¶ In hymno cognoſcitur illud quod fecit deus in ſexta die creatis ſiquidem hominibus reliquibus. ſcꝫ piſcibus auibus ⁊ alijs beſtijs ſexta die formauit deus adam et prefecit eum omnibus animalibus dicens. Creſcite et multiplicamini et replete terram et dominamini piſcibus maris et volatilibus celi. ⁊ vniuerſis qui viuunt ſuper terram Poſuitqꝫ eum in paradiſo deliciarũ vt operaretur et cuſtodiret illud. Imẽdit itaqꝫ auctor rogare deum vt ſicut fecit hominem ſuperiorẽ cunctis animalibus

ſic faciat non ꝗ ſit inferior animalibus propter peccata ſua. Queritur cur deꝰ homines creauit quos malos futuros preſciebat. quia ſicut preuidit ꝙ mali eſſent facturi ſic etiam preuidebat de malis factis eorū quid boni ipſe facturus eſſet vel quid boni homines eſſent futuri [O deus plaſmator] id eſt creator [hominibus] ſcʒ ade [qui ſolus ordinās cuncta] id eſt diſponens [iubes producere] id eſt procurare permittis [humum] id eſt terram vel humum id eſt eccleſiam. ſcʒ bonos et malos homines. Eccleſia eſt congregatio fidelium [genus reptātis] vt ſerpentū [et fere] i. beſtiarum.

Qui magna rerū corpora. dictu iubentis viuida. vt ſeruiant per ordinem ſubdēs dediſti homini.

Et tu deus qui feciſti [dictu iubētis] id eſt verbo tuo precipientis [magna corpora] id eſt iumenta pecora beſtias omnium ſerpentium diuerſarum [viuida] id eſt animata [et ſubdens] i. ſupponens illa animalia [dediſti homini vt ſeruiant per ordinē] id eſt vt omnia animalia ſuppoſita ſunt homini ꝗdaʒ vt homīes illa animalia. ſcilicet boues oues lepores et porcos ꝛ alia ꝛ talia vt illis vterētur et illa equitarēt vt equos et mulos ꝛ ſic de ceteris.

Repelle ſeruis tuis. quicquid ꝑ immundiciā aut moribus ſe ſuggerit aut actibus ſe interſerit

Et o deus [repelle a ſeruis tuis quicquid ſuggerit] id eſt infert [ſemper immunditiā] id eſt per aliquam ſuperfluitatem culpam vel turpitudinem vel ꝑ ſordidam commeſtioneʒ [aut moribꝰ] id eſt per prauam conſuetudineʒ. vt cū aliquis poſtꝙ incepit peccare nequit ſe abſtinere ſed vult ſemper perſeuerare [aut interſerit ſe] id eſt miſcet [actibus] id eſt operationibus ſcʒ cum mala facimus

Da gaudiorū premia. da gratiarum munera. diſſolue litis vincula aſtringe pacis federa.

[Da premia] id eſt remunerationem [gaudiorum] eternorumʒ [da munera gratiarum] id eſt dona ſpiritusſancti [diſſolue vīcula litis] id eſt diſliga vel diſrumpe peccato odij [aſtringe] id eſt cōiunge [federa pacis] id ē contubernia ſuperne pacis.

## Sabbato āte nocturnos hymn.

S Umme deus clemētie. mūdiqʒ factor machine. vnus potētialiter. vtriuſqʒ ꝑſonaliter

Materia huius hymni eſt cognitionem habere trinitatis in vnitate ꝛ vnitatis in trinitate. Intendit etiam auctor rogare deum vt cingat lumbos noſtros cingulo caſtitatis et adurat id eſt inflāmet vel repleat corda noſtra igne ſpiritusſancti vt caſto corpore et mundo deo ſeruire mereamur [O deus ſumme clementie] id eſt alte pietatis [et o factor] id eſt compoſitor [machine] id eſt ſtructure [mundi] tu dico [vnus] potentialiter] i. in potentia ſcdm diuinitatem et trinus perſonaliter] id ē trinꝰ in perſonis

Noſtros pius cum canticis. fletus benigne ſuſcipe quo corde puro ſordibꝰ. te perfruamur largiꝰ

Et tu pius] nominatiuꝰ pro vocatiuo [ſuſcipe benigne noſtros fletꝰ] i. lacrimas [cum canticis] id eſt cum hymnis vel laudibus [quo] pro vt [perfruamur te largius] id ē amplius et hoc [corde puro] mundo [ſordibus] id eſt a vicijs

Lūbos iecurqʒ morbidū. adure igne congruo accincti vt ſint perpetim luxu remoto peſſimo

¶ Audire] i. accende [igne congruo] i. spiritusancto [lumbos nostros ꝛ iecur] scilicet epar morbidum a morbum et peccatum inclinatum. Et nota q̄ hec tria iecur cerebrum lumbi cogunt hominem peccare vt sint accincti i. vt lumbi sint casti contra libidinē perpetuum id ē semper remoto pessimo luxu id est iniquo luxu id ē remota sit pessima luxuria ꝛ alia vitia sint procul.

Ut quisqȝ horas noctium nunc concinendo rumpim⁹ donis beā patrie ditemur omnes afatim.

¶ Ut quisqȝ id ē quicunqȝ concinendo id ē psallendo rumpimus id ē dum vigilamus scilicet diuidim⁹ horas noctiū omnes ditemur id ē diuites efficiamur afatim id ē abūdanter beate donis patrie .i. beatitudine scȝ patrie celestis

¶ Sabbato ī laudibus hym.

Aurora iaȝ spergit polū terris dies illabit' lucis resultat speculuȝ discedat omne lubricuȝ

¶ Hymnus iste continuatur superiori ita nos rumpim⁹ horas noctiū vt nos omnes ditemur id est omnes simus in xp̄o ꝛ ecce aurora id ē xp̄us iam spargit polum id ē illuminat corda hominum. Hortamur etiam nos vt taliter nos habeamus in hoc seculo vel ī māe vt ad illō vltimū mane venire possim⁹ ꝛ audire mereamur scȝ. Uenite benedicti patris mei ꝛc. Nam finito mūdi termino peccatores perpetuis tenebris obscuritati tradentur. Fidelibus vero et iustis qui in hac vita non sunt in noc. ē sed in lucem gloria ꝛ premium effluet id est abundanter clarescit ꝛ hoc est quod precamur]. Aurora[ id ē xp̄us spargit polum] id ē illuminat mentes vel ecclesiā ꝛ dies illabitur] id ē īmergitur[ terris ꝛ speculum] id ē pulcritudo vel aspectu lucis. id ē claritas resultat. Et id omne lubricum id ē omne peccatum discedat a nobis.

Fantasma noctis decidat mentis reat⁹ subruat. quicquid tenebris horridū. nox attulit culpe cadat

¶ Fantasma] id ē fantasia vel illusio[ noctis] id ē diaboli decidat] id ē cadat vel ruat [reatus] id ē culpa [mentis subruat] id ē cadat a nobis] ꝛ quicqd horridum] id ē deforme [culpe nox] id ē diabolus vel nocturna cogitatio [attulit nobis in tenebris scȝ cadat a nobis

Ut mane illud vltimū. quod prestolamus cernui. in lucem nobis effluat. dū hoc canore concrepet

¶ Ut mane illud vltimum] id ē iudicium futuruȝ vel caritas id ē aduētu xp̄i [quod mane cernui] id ē inclinati [prestolamur] id ē speramus vel] expectamus [effluat] id ē eueniat [nobis in lucem dum hec] id ē nox [concrepat] id ē resonat [canore] id ē cantu vel laude.

¶ De trinitate hymn⁹ ac vespe.

O Lux beata trinitas. ꝛ principalis vnitas iā sol recedit igneus. infunde lumen cordib⁹.

¶ In hoc hymno materia sumitur circa qualitatem temporis die recedente ꝛ nocte adueniente. Intendit inuocare trinum deum in personis trinitatem in vnitate vt fundat in cordibus nostris lumē spiritussancti vt simplices laudare mereamur deum scilicet in prosperis ꝛ in aduersis ꝛ ut concedat nobis transire diem ꝛ sine peccato

⁊ ſine impedimento ſathane ⁊ hoc eſt[O beata trinitas] id ē o deus [lux hominum vel mundi vel angelorum [⁊ vnitas principalis].i. que habet principatum ſup angelos [ſol] id ē xp̄us[iam recedit] a nobis tam ⁊ ideo[infunde lumen] id ē ſpiritumſanctum in cordibus]noſtris id ē ſenſibus vt illud habere mereamur.

**Te mane laudū carmine. te deprecemur veſperi. te noſtra ſimplex gloria p cūcta laudet ſecula**

¶ Dico infunde ſpiritumſanctum vt deprecemur te ⁊ vt adiuues nos in principio vel mane.id ē tempore matutino [laudum carmine] Sero mane meridie ⁊ tota die debemus laudare deum ⁊ orare per ſingulas horas ſcilꝫ quotidie ⁊ in omnibus horis ⁊ omni tempore vnde ait propheta. Veſpere ⁊ mane et meridie ⁊c.[⁊ deprecemur veſperi] id eſt in fine mundi [noſtra ſimplex] id ē humilis[gloria laudet te per cuncta ſecula[id ē per omnia ſecula. ⁊ hoc perpetue id eſt ſine fine.

## ¶ Sabbato aduentus. hym⁹

**Conditor alme ſyderum. eterna lux credentium chriſte redemptor omnium. exaudi preces ſupplicum.**

¶ Materia huius hymni ē de aduentu xp̄i ⁊ de incarnatione eiuſdem. quia deus deſcendens de celo ſe exinaniuit formam ſerui accipiens ⁊ humiliauit ſe vſqꝫ ad mortem ⁊ qualiter egreſſus eſt de honeſtiſſima clauſura virginis tanꝙ ſponſus de thalamo ſuo cui ſponte omnia obediunt ſcꝫ terreſtria celeſtia ⁊ infernalia Intendit etiam rogare deum vt per hanc incarnationeꝫ noſtras preces exaudire dignetur ⁊ a ſagitta diaboli liberare O[conditor]qui es compoſitor[alme ſyderum] id ē ſtellarum. o[eterna lux credentium] id ē xp̄ianorum fidelium. o[xp̄e redemptor oīm]hominum exaudi preces ſupplicum id ē humilium tibi ſupplicantium

**Qui condolens interitu mortis perire ſeculum ſaluaſti mundū languidū donās reis remediū**

¶ Qui condolens] id ē nobiſcum dolens vel compatiens[ſeculum] id ē ſeculares[perire interitu mortis]id ē pena infernali[ſaluaſti]id ē liberaſti de poteſtate diaboli [mundum languidum] id ē languentem in peccatis [donans remedium]id ē redemptionem tui ſanguinis[reis]id ē peccatoribus

**Vergente mūdi veſpere. vti ſpōſus de thalamo egreſſus hōeſtiſſima. virginis matris clauſula**

¶ Vergente mūdi veſpere]id ē appropinquante vel declinante fine mundi es ſic[egreſſus ſupple vti]p ſicut] ſpōſus]egreditur[de thalamo egreſſus inꝙ de honeſtiſſima ]id ē de caſtiſſima[clauſula]id ē clauſtro[virginis marie] matris tue

**Cuius fortis potentie. genu flectūtur omnia. celeſtia terreſtria fatentur nutu ſubdita.**

¶ Et ideo quia egreſſus es vel quia ſaluaſti mundū [forti potētie cuius [ id ē criſti[omnia flectuntur genu] id ē laudando ipſum[celeſtia]id ē angeli[terreſtria]id ē homines[fatētur ſubdita] id ē confitentur illi ſubiecta eſſe[nutu] id ē ſponte id ē ad tuam voluntatem ⁊ quia obediunt noſtro ſaluatori ⁊ omnia clamant deus me fecit ideo te deprecamur.

Te deprecamur agie: venture iudex ſeculi. conſerua nos in tempore hoſtis a telo perfidi

¶ Ergo quia ita eſt [ deprecamur te agie ]id eſt o ſancte chriſte [ vēture iudex ſeculi ] .id eſt iudicium [ cōſerua nos in tempore ]id ē in hac vita [ a telo hoſtis perfidi ]id eſt ad ſuggeſtionem diaboli que ſagitta dicitur

Laus. honor. virtus gloria. deo patri et filio . ſancto ſimul paraclito in ſempiterna ſcl'a. Amen

¶ Et quia deus miſit filium ſuum chriſtum vt nos redimeret referamus gratias ei [ laus honor virtus gloria deo patri et filio ſancto ſimul paraclito ]id eſt conſolatori [ in ſempiterna ſecula amē ]id eſt ſine fine

¶ Dominica prima aduentus ante noct. hymnus

VErbum ſupernum prodiēs a patre olim exiens qui natus orbi ſubuenis . curſu decliui temporis

¶ Iſte hymnus agit de ſupradicta materia et continuatur ſuperiori ita .chriſtus egreſſus eſt de vtero virginali vt ſponſus de thalamo ſuo. ⁊ ideo omnis et humiliantur et non eſt mirum quia ipſe deſcendit de patre id eſt de celo. et hoc eſt reſpōſio cōtra hereticos qui dicebant chriſtum veniſſe ſed non de patre quibus reſpondēdum ē. [ ſupernū verbum ]i. dei filius [ prodiens id eſt manifeſtans te ineffabiliter ] a patre olim exiens ]quando incarnatus es [q] de matre natus ſubuenis ]id eſt ſuccurris [ orbi ]perdito [ curſu ]id eſt plenitudine [ temporis decliui ]id proni vel declinanti ad finem ſeculi.

Illumina nunc pectora. tuoq; amore concrema. audito vt preconio. ſint pulſa tandem lubrica

¶ Et tu qui talis es [ illumina nunc ]in preſenti tuo lumine [ noſtra pectora et concrema ]id eſt aſcende [ tuo amore ]id eſt tua gratia [ vt audito preconio ] id eſt predicatione apoſtolorum vel audito preconio prophetarum [ lubrica id eſt peccata [ ſint pulſa ]a noſtris cordibus [ tandem ]in fine ſeparationis corporis et anime.

Iudexq; cū poſt aderis. rimari facta pectoris. reddens vicē pro abditis iuſtiſq; regnū bonis

¶ Et tu ſupernum verbum id eſt o fili dei [ cum aderis ]id ē adfueris vel aduerneris [ iudex poſt ] id eſt in fine mundi [ rimari ] id eſt experiri vel inquirere [ facta pectoris ] id eſt peccata cogitationum: ⁊ ſis reddens vice ] id eſt remunerationem [ pro abditis ] id eſt pro occultis peccatis et iuſtis . id eſt ſanctis regnum eternum pro bonis operibus qui in preſenti ſeculo operati ſunt.

Non demū arceamur malis . pro qualitate criminis. ſed cum beatis compotes ſimus perhennes celibes

¶ Et [ nō arceamur ] id eſt nō cōſtringamur [ deum ]id ē ad vltimum malis p qualitate ceteris ]id eſt pro magnitudine vel cumulo peccatorum [ ſed ſimus compotes ]id eſt ſimul potentes ſimus cum beatis ]id eſt ſanctis perhennes id ē ppetualiter vel perhēne. id eſt habitatoris celorum celibes id eſt celeſtē vitam ducens.

¶ Ad laudes hymnus.

NOx clara ecce intonat . obſcura queq; increpat . pellantur eminus ſomnia. abeſt here criſtus promicat.

¶ Materia hui᷒ hymni idem ē quod in ſupradicto hymno. Dictum eſt ſuperius q̄ chriſtus venit olim a patre quia ecce vox id eſt predicatio chriſti into-

15

nat. Ecce clara vox id ē iohēs celeſtiſ [intonat] id eſt terribiliter predicat de nube carnis penitentiā ⁊ increpat queq obſcura. id eſt omnia vicia vel peccata ⁊ ideo omnia [ſomnia] id eſt vana ⁊ mutua peccata pellantur enim procul id eſt longe quia chriſtus iam ꝓmicat id eſt fulget ab ethere. id eſt d̄ celo vel a diuina ſcriptura.

Mens iam reſurgat torpida. que ſorde extat ſaucia. ſyd⁹ reſulget iam nouū. vt tollat om̄e noxium

Et ideo [mens noſtra torpida] id eſt pigra reſurgat a vitijs que mens [extat ſaucia] id eſt mater vulnerata [ſorde] id ē peccato bene dicit ꝙ ſurgat mens quia [ſydus] id eſt chriſtus reſulget ꝑ ſpiritum ſanctum [nouum] id eſt de virgine natum [vt tollat] id eſt vt remoueat a nobis [om̄e noxium] i. peccatum.

En ſurſū agnus mittitur. laxare gratis debitum. omnes pro indulgētia. vocē demꝰ cū lacri

[Agnus] id eſt vel filius] mittitur [ſurſum] id eſt de celis [laxare] id eſt condonnare [debitum] id eſt originale peccatum vel penas peccati [gratis] id eſt dono vel ſponte ſua et ſine aliqua remuneratiōe ⁊ ideo [omnes demus vocem cum lachrimis] id eſt confeſſionem peccatorum [pro indulgentia] id eſt pro remiſſione pctōꝝ

Secundo vt cum fulſerit. mundumq horror cinxerit nō ꝓ reatu puniat ſꝫ pr⁹ noſ tūc ꝓtegat

Benedico demus vocē cum lacrimis vt cum ille agnus [fulſerit] id eſt fulgens aduenerit [ſcd̄o id eſt aduentu id eſt in iudicio ⁊ [horror] id ē pauor illius [cinxerit] id ē circundederit [mundum] id ē mundanos [nos n̄ puniat] id ē non damnet [pro reatu] id ē pro peccato [ſed pius] id ē xp̄us propitius nobis [nos tūc protegat] id ē defendat a poteſtate diaboli.

Laus honor virtus gloria deo patri ⁊ filio ſancto ſimul ⁊c.

## In die circumciſionis ad laudes hymnus.

Veni redemptor gentium. oſtende partum virginis miretur omne ſeculum talis decet partus deum.

Materia huius hymni eſt inuocatio ad deum vt veniat oſtendere partum virginis ſed non ex virili ſemine ſed diuino ſpū cooperante eſſe factū ⁊ qualiter egreſſus eſt a patre ⁊ regreſſus ad patrem ⁊ qualiter ē equalis patri ⁊ loquitur de preſenti quaſi de futuro. Vel poſſumus dicere hoc ſm lr̄am [Veni redemptor gentium] id ē om̄de te illis qui in mundo habuerūt notitiaꝫ tui. hoc ē. Veni redemptor] O xp̄e redēptor gentiū] id ē gentiliū vel iudeorum [veni] in mentibus noſtris [⁊ oſtende partum virginis] marie. ⁊ ideo [omne ſeculum] id eſt ſeculares [miretur] id eſt mireatur [quia talis partus decet deum. vt de ſpiritu ſancto ⁊ maria virgīe permanēte.

Non ex virili ſemine ſed miſtico ſpiramine. verbuꝫ dei factū eſt caro fructuſq vētris floruit

Vere talis partus decet deum q̄ non ex virili ſemine ſed miſtico ſpiramine] id ē ſecreto ⁊ ſācto [verbū dei] id eſt filius dei [factum eſt caro] i. ho

e fructus vẽtris marie. floruit. ſic flos creſcit. vñ maria vgo ẽ fili⁹ ei⁹ flos.

Aluus tumeſcit virginis. clauſtra pudoris ꝑmanent. vexilla virtutũ micãt. verſat ĩ tẽplo de⁹.

Et ecce. aluus virginis. i. vẽter marie. tumeſcit. i. creſcit ⁊ tñ. clauſtra pudoris. i. virginitatis. ꝑmanẽt integra qꝛ virginitas non ẽ violata. ⁊ vexilla ſupple omne virtutũ. i. miracula. micant. i. fulgẽt vel virtutũ quaꝝ de⁹ eſt vexillũ. i. cuſtos. ⁊ ideo. de⁹ verſatur ĩ templo. qꝛ receptus ẽ a ſymeone vel verſat in tẽplo. i. ĩ aluo marie vgis.

Procedẽs de thalamo ſuo. pudoris aula regia. gemine gigas ſubſtãtie. alacris vt currat viã.

Criſtus ꝓcedens de thalamo ſuo. i. de vtero virginis. quia illa fuit illi lectus caſtitatis ſcꝫ de regia aula pudoris. i. de palatio regali exiſtens gygas gemĩe ſubſtantie. i. diuinitatis et humanitatis qꝛ deus ẽ ⁊ homo. Gygas dicit̃ eo ꝙ inſeparabilis ⁊ irreuocabilis ad vitam huius mundi occurrit nobis. Unde dauid. Exaltauit vt gygas ⁊c. vt alacris currat viam. id ẽ de hoc mundo transeat ad patrem.

Egreſſus eius a pr̃e. regreſſus ad patreꝫ. excurſus vſqꝫ ad inferos. recurſus ad ſedem dei.

Egreſſus eius a patre. quando deſcendit in vterum virginis. regreſſus eius ad patrem. quãdo rediit in celuꝫ vnde dauid. A ſummo celo egreſſio eius ⁊ occurſus eius vſqꝫ ad ſummuꝫ eius. Et ipſe ait in euangelio. Ego veni a patre in mundum. Iterum relinquo mundũ ⁊ vado ad patrem. excurſus vſqꝫ ad inferos. quando deſcendit ad inferna. recurſus ad ſedem dei id eſt ad dexteram patris.

Equalis eterno pr̃i. carnis tropheo accingere. infirma noſtrĩ corporis. virtute firmãs ꝑpeti.

Et o tu chriſte equalis eterno patri. ſecundum diuinitatem accingere tropheo. i. victoria carnis. ſcꝫ ĩduere carnem. quia per carnem triumphauit ſuper dyabolum tu dico firmans i. roborans perpeti. i. perhẽnier infirma. i. vitia. ſcꝫ fragilitates noſtrĩ corporis et anime

Preſepe iam fulget tuũ. lumẽ ꝙ nox ſpirat nouũ ꝙ nulla nox interpellat. fideqꝫ iugi luceat.

Vere procedis de thalamo o uerẽ ſic quia preſepe tuum. i. eccleſia iam fulget virtutibus et nox ſpirat. i. emittit nouum lumẽ. i. natum ſine peccato quod lumen nulla nox. i. nulla obſcuritas hereticoꝝ. quia heretici dicunt te nõ accepiſſe carnem interpellat. i. obſcuret. et luceat lumen tuum iugi fide. i. aſſidua virtute

In die natiuitatis dñi noctu.

Chriſte redemptor gẽnium ex pre pr̃is vnice. ſol⁹ añ principium natus ineffabiliter

Materia huius hymni eſt inuocatio quam facimus ad xp̃m ut ſicut dignatus eſt accipere carnem humanã et illam ſibi vnire. ita preces noſtras exaudire dignetur et nos a peccatis liberare. O xp̃e redemptor gentium vel oĩm quia omnes gentes redemiſti tuo ſanguĩe ⁊ o tu vnice. i. o tu vni-

genite patris ex patre procedens. tu dico ſolus natus ineffabiliter ſecundum diuinitatem. vnde ait ſcriptura Generationem eius quis enarrabit an̄ principiū .i. ante mūdi conſtitutionem

Tu lumē tu ſplendor patris. tu ſpes perhēnis omniū intende q̄s fundūt p̄ces tui p orbē famuli.

¶ O chriſte tu es lumē et ſplendor patris quia per te pater innotuit mūdo tu es perhēnis. id eſt ſpes omnium intende. id ē exaudi preces quas famuli tui fundunt per orbem. id eſt p omnes gentes que per vniuerſum orbem orant aſſidue apud te

Memēto ſalutis auctor. quod nr̄i quōdā corporis ex illibata virgine. naſcēdo formam ſumpſeris.

¶ Dico q̄ debes ad preces noſtras intendere quia aſſumpſiſti humanam carnem. O auctor noſtre ſalutis. id ē redemptionis memento id ē recordare quia ſumpſeris quondam. id ē in tempore formam. id eſt ſimilitudinē noſtri corporis ex virgine illibata. i. intacta quia ante partum et poſt partū et in partu virgo permanſit.

Sic preſens teſtatur dies currens p anni circulū q̄ ſolus a ſede p̄ris. mūdi ſalus adueneris

¶ Preſens dies id ē natiuitatis teſtatur ſic ita currens per anni circulum id ē per vnumquemq̄ ānum quia tu ſolus adueneris ex̄ns ſalus mundi a ſede patris id eſt veniens de celo operatus es ſalutem in medio terre.

Hunc celū terra hūc mare. hūc om̄e quod ī eis ē auctorē aduētus tui laudat exultās cantico.

¶ Hunc id ē deum auctorem celum .i. celeſtis vel ſtelle per celum ſtella que apparuit magis. id ē tribus regibus vel angeli ītelligūtur q̄ paſtoribus cū nimio gaudio dixerunt gloria in excelſis deo. Et p mare tyrānos vel q̄ mare ſe prebuit calcabile ipſi deo terra id ē terrena poteſtas vel paſtores hunc mare quia magi nauigio venerunt omne quod in eis eſt ſcilicet in celo et in terra laudat hunc auctorem id eſt deum vel patrem tui aduentus omne dico exultans cum cantico. id eſt hymno

Nos quoq̄ qui ſacro tuo redēpti ſanguie ſum⁹ ob diem natalis tui. hymnū nouum concinimus

¶ Et non ſolum terra et mare laudāt te ſed etiam nos quoq̄ id ē ſimiliter qui ſumus redempti tuo ſancto ſanguine concinimus id eſt canimus nouum hymnum. i. nouem laudem ob diem. i. propter diem natalis tui

¶ De natiuitate hymnus

A Solis ortus cardine. ad vſq̄ terre limitem xp̄m canam⁹ p̄ncipē natū maria virgie

¶ In hoc hymno agitur de incarnatione dn̄i et de natiuitate. quomodo puerpera enixa eſt chriſtum qui non horruit ſtabulum et preſepe. Et ſic continuatur ſuperiori. Dixi q̄ celum celum terra mare et omne quod i eis eſt laudat eum principem et vere quia

ab ortu ſolis vſq; ad occaſum in vni uerſus orbis canit deum id ē laudat vel aliter dixit ꝙ eius preſepe iam ful get nouo lumine ⁊ ideo canamus ip ſum natum de maria virgine princi pem mundi a ſolis ortu vſq; ad occa ſum. A ſolis ortus cardine id ē ab ori gine mundi vel [ſolis] ſcilicet ab ortu te ſolis [vſq; ad limitem terre] id ē vſ q; ad occidentem [canamus] id ē lau demus [criſtum deum] id ē principē criſtum dico [natum de maria virgi ne] vel [natum] id ē filium marie vir ginis.

Beatus auctor ſeculi. ſeruile corpus induit vt carne carnem liberās. ne pderet quos pdidit

Bene dico ꝙ debemus laudare de um quia [beatus auctor] id eſt factor [ſeculi induit] id ē aſſumpſit [ſeruile corpus] id ē formam ſerui ⁊ conditor carnis noſtre [liberans carnem no ſtram] carne ſua quia formam homi nis aſſumendo carnem noſtram libe rauit ⁊ quare [ne perderet] homines [quos condidit] id ē creauit.

Caſte parētis viſcera. celeſtis intrat gratia. venter puelle ba iulat ſecreta que non nouerat

Et vere induitur quia [gratia celeſ tis] ipſe xp̄s [intrat viſcera caſte pa rentis] id ē matris ⁊ ſic [venter puel le baiulat] id ē portat [ſecreta] .ſ. cele ſtia [que non nouerat] ante conceptio nem.

Domus pudici pectoris. tem plum repente fit dei. intacta ne ſciens viꝝ verbo concepit filiū

Et vere baiulat ſecreta que non noue rat quia [dom⁹] id ē aluus [pectoris] marie [pudicī] id ē caſti [fit templum dei] id ē domus dei [repēte] id ē cito [domus dico intacta neſciens virum] per carnes commixtionē [concepit] id ē portauit [filium] id ē xp̄m ⁊ hoc verbo operante ſc; virtute ſpiritusſā cti vel verbo id ē poſt verbum quod gabriel predixerat ipſum naſciturū vnde dicitur. Ecce concipies ⁊ pari es filium ⁊c.

Enixa eſt puerpera. quem ga briel predixerat: quem matris aluo geſtiens. clauſus iohan nes ſenſerat.

Dico ꝙ concepit ⁊ vere quia [puerpe ra] id ē maria pariēs puerum [enixa ta eſt peperit filium [quem gabriel p̄ dixerat] naſciturum ⁊ quem iohan nes clauſus aluo matris ſcilicet eli ſabeth [ſenſerat] id ē cognouerat ge ſtiens id eſt gaudens.

Feno iacere pertulit. preſepe nō abhorruit. paruoq; lacte paſt⁹ eſt. per quem nec ales eſurit.

